

DISPUTATIO³ JURIDICA
INAUGURALIS

DE
COLLATIONE BONORUM

QUAM

UNA CUM COROLLARIIS INDE DEDUCTIS
EX OMNIGENO JURE, AC QUIBUSDAM PARERGIS
IN ALMA ET PERANTIQUA UNIVERSITATE COLONIENSI
SOLENNI SUB PRÆSIDIO

*Prænobilium, Clarissimorum, Consultissimorumque
Virorum, ac Dominorum*

D. FRANCISCI GABRIELIS
HAMM

J. U. D. Professoris ordinarii, & publici, venerandæque Facultatis
Juridicæ Dictatoris

NEC NON

D. THEODORI BURCHARDI
BARTMANN


J. U. D. Professoris ordinarii, & publici, ejusdemque Facultatis Fiscii
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
MORE MAJORUM RITE CAPESSENDIS
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

PETRUS ANDREAS BREWER Casterensis

Anno MDCCCLXXIX. Die 26 Junii

Horis & Loco consuetis.

COLONIÆ IN TYPOGRAPHIA UNIVERSITATIS.



MUSEUM COLONIENSIS

PRÆFATIO.

*E*orum, quæ in alma, & perantiqua Universitate Coloniensi de Jure delibavi, tenue specimen daturus, ut Themidi Academicæ me devoverem, argumentum mihi selegi de Collatione Bonorum, insignis quidem difficultatis, viridis tamen observantiæ, & quotidiani usûs: in quo versando, etiamsi ardua res sit, dare obsoletis nitorem, dubiis fidem, suamque omnibus naturam; mihi tamen hæc assequi voluisse sat erit, ut ingenium meum hac juventutis meæ exercitatione, seposito placendi studio, ad utilia præparem. Virorum doctissimorum, qui singulari curâ suâ viam patefecerunt, judicia memoro: tantum, ut ne etiam sine ratione eorum valeat auctoritas, præcaveo. Disquiram autem eo diligentius, quo majoribus diversarum opinionum involucris materiam innexam video. Quid de Jure veteri obtinuerit in ea, quid deinceps Jure novo, duobus dabo Capitibus: methodo, quâ utor, per requisita: neque mole fatigem, ea, quæ in omnigeno Jure cum hac materia arcto nexu colligantur, in Corollariis exhibebo.

CAPUT PRIMUM
DE COLLATIONE EX JURE VETERI.

§. 1.

Millis variis significatibus, quos exhibet STRYKIUS a) rem ipsam à definitione aggredior. Diversæ collationis extant descriptiones. Plures congesserunt BRUNNERUS b), & STRYKIUS c). Inter reliquas, *juri veteri congruenter*, placuit, quod sit *actus, quo EMANCIPATUS REM PROPRIAM à vivo patre, cui succeditur, PROPECTAM, eive aliàs à suis acquirendam, in communem hæreditatem infert, ut banc re propriã adauctam, cum SUIS pro æquis partibus divisam participet.*

a) *In tract. de success. ab intest. Diff. IX. Cap. 1. §. 1.* b) *In tract. de collat. bon.* c) *Cit. loc. §. 4.*

§. 2. Prætor, ne dando bonorum possessionem *emancipatis*, duplici injuriã suos afficeret: idèd illos jussit conferre omnia, quæ patri, emancipatione non factã, acquisivissent: non à *vivo patre* solùm profecta; sed & labore, donatione, aut aliundè quæsitã. Etiam si *propria* enim bona re ipsa essent, prætor tamèn simulabat emancipationem non esse factam. Hinc ea, tanquam *patri acquisita*, in communem hæreditatem inferri volebat, si *emancipati paterna peterent*. Primam itaque collationis literam posuit prætoris sollicita manus.

§. 3. Enimverò *sui olim* nisi successionis necessitas à testatore remissa esset a), statim ipso jure, b) parentum erant hæredes domestici, & quidèm inviti c), bonorum parentalium *veri minores* d). Beneficio abstinendi à prætore dato e), nihilominùs ipso Jure subtili erant *sui hæredes*, etiam *ignorantes* f).

a) *L. 69. ff. de hæred. instit. L. 12. ff. de cond. inst.* b) *L. 1. §. 7. ff. de quis omiff. caus. L. 14. ff. de suis & legit. hæred.* c) *§. 1. ff. de hæred. qual. & diff.* d) *§. 2. ff. dict. tit. L. 11. ff. de Lib. & postb.* e) *L. 57. pr. ff. de hæred. qual. & diff.* f) *§. 3. ff. de hæred. quæ ab intest. defer.*

§. 4. Emancipatione evanuit *jus sui*, seu *suitatis* a), eique adnexum *jus familiæ*, agnationis, successionis *civilis* b). *Propria* indè nata familia est c). *Sui* intuitu patris effecti sunt *extranei* d), qui proin impunè ab hæreditate poterant à patre excludi e). Ardua res? duræ legum 12 tabb. positiones! his ne parentes, malignè circã proprium quandoque sanguinem, spretã naturali æquitate, quæ liberis paternam addicit hæreditatem f), ferentes judicium, abuterentur, æqua prætoris humanitas consuluit *emancipatis*; dum eman-

emancipationis effectum sustulit quoad successionem, deditque legum tuendarum causâ bonorum possessionem g), quæ re ipsa à successione civili non est aliena b).

- a) *Leysr in medit. adff. sp. 369.* b) §. 6. *ℳ. quib. mod. jus p. p. solv.* c) *L. 195. §. 2. ff. de Verb. sign.* d) §. 3. *ℳ. de hæred. qual. & diff.* e) §. 3. *ℳ. de exhæred. Lib.* f) *L. 7. pr. de bon. damn.* g) *L. 6. §. 1. ff. de bon. poss... Funct. §. 6. ℳ. de hæred. quæ ab int. def.* h) *L. 1. 2. 3. ff. & §. 1. ℳ. de bon. poss.*

§. 5. Amittebat emancipatus *suitatis jura*, tanquam *civilia*; retinebat tamen *jura filiationis*, ut *naturalia*, nullâ juris civilis autoritate corrupenda a). Quam ob rem prætor *æquitate hæc naturali* motus, dando bon. poss. id efficiēbat, ut rescisso testamento paterno, emancipati perindè, ac si in potestate patris, tempore mortis, fuissent, bonorum parentalium participes fierent.

- a) *L. 2. §. 1. ff. de usufr. ear. rer., §. ℳ. de leg. agn. tut. L. 4. ff. si tab. testam. null. extab.*

§. 6. Filiifamilias, in patria potestate degentes, olim nihil habebant proprii; sed omnia, quocunque titulo acquisita, ad arbitrium *patris* tradidit lex Romuli a). Emancipati è contra, qui non solebant dimitti nudi b), *sibi* acquirebant, quidquid in emancipatione, aut post eam nanciscebantur c). Quodsi itaque, testato mortuo patre, filius emancipatus bonorum possessionem contra Tabulas impetraret, & unâ cum hæredibus *suis* ad hæreditatem paternam admitteretur, eveniret; quod *suorum* hæredum portiones diminuerentur; ac indè summa nasceretur injuria, & inæqualitas; dum emancipati participabant partem eorum, quæ *sui* acquirebant Patri; *sui* verò de acquisitis ab emancipatis participabant nihil. Verùm hanc *injuriam*, & *inæqualitatem*, ut evitaret prætor, sollicitè, providèque agebat; dum emancipatos jussit conferre omnia, quæ alioquin, si in potestate retenti essent, patri acquisivissent.

- a) *L. 6. Cod. de bon. quæ Lib. Heinec. antiquit. Roman. §. 1. ℳ. per quas pers. cuiq. acq.* b) *L. 17. Cod. b. L. 31. §. 2. & L. ult. ff. de donat.* c) *§. 2. ℳ. per quas pers. cuiq. acq.*

§. 7. Nec ità statuendi prætori deerat ratio. Cum manifestam habeat *æquitatem*, ut *SUA* quoque bona conferant, qui appetunt *PATERNA* a): ne emancipati *interventu incommodo afficiatur is, qui in potestate est* b). Ita enim, & vix aliter, indultâ bonorum possessione, ad æquitatis amissim, reducenda erat emancipatorum cum *suis* successio; dum prætor *eis* conferri voluit, quibus *aliquid formâ juris auferri passus est: sic bis solis subvenit, quos, & quatenus suo edicto lesit* c).

- a) *L. 1. pr. ff. b. b) L. 1. §. 5. ff. b. c) L. 1. §. 3. & sqq. L. 10. ff. b. L. 1. §. 13. & 14. ff. de conjung. cum emancip. Lib. ej. §. 8.*

§. 8. Præcautè emancipatos adjuvit prætoris consilium, quo non à testato unice in bon. poss. contra Tabulas; sed & ab intestato in bon. poss. unde liberi, scitè introduxit eos a). Uterque tamen casus, nisi fiat collatio, ejusdem injuriæ, & periculi plenus est. Hinc uni non magis, quam alteri, lex dicta videtur b); quamvis lex prima pr. ff. h. solius possessionis contra tabb. meminerit; dum id ibi exempli causâ factum esse patet ex subjuncto L. 1. §. 1. ubi generalitè scriptum: *inter eos dabitur collatio, quibus possessio data est.* Cui addas, velim: si concurrant termini habiles; ne crisis fiat L. 9. Cod. h.

a) L. 1. §. 2. ff. si tab. testam. nul. ext. und. Lib. b) L. 3. §. 6. ff. b. in verbis: **INTESTATUS, VEL TESTAMENTO FACTO.** L. 20. §. 1. de bon. poss. cont. tab. Wissenbach. Disp. 12. V. 2. n. 6. Muller. ad Struv. exercit. ad ff. 37. §. 23.

§. 9. Conferebant prisco jure **EMANCIPATI**, si eodem possessionis jure unà cum **SUIS** de paterna hæreditate prætoris beneficio participarent. Hinc collationis necessitas obtinuit olim. I. Inter emancipatos, si (1) succederent cum suis a). Hi enim emancipatorum interventu injuriâ afficiebantur, inæquali utebantur jure b); ideoque collatio fiebat, etiam si primò filius emancipatus, & proprii ejus liberi, in potestate avi retenti, ope bon. poss. simul succederent c). Aut secundò in locum emancipati primò gradus, succedant emancipati nepotes d). Hi nepotes conferunt quidem; sed cui? aut patruo, aut hujus liberis; si neptis dotata, & emancipata, sola ex patre prædefuncto existit e); si verò cum tali nepte, concurrat nepos suus ex eodem patre, fratri soli f) confert. Illo enim in casu patruo: in hoc solùm infert incommodum fratri. Itaque conferendum est ei, quocum bon. poss. capitur g). Aut tertio alio modo sui juris effecti h).

a) L. 3. §. 3. ff. b. b) Vid. supra §. 6. & 7. c) L. 1. §. 13. ff. de conj. cum Emancip. Lib. Zoef. ad ff. n. 2. eod. d) L. 2. §. 6. & 7. L. 3. §. ult. L. 5. & 7. ff. b. L. 1. §. 2. & 3. ff. de dot. coll. e) L. 1. §. 3. ff. de dot. coll. f) d. L. 1. §. 2. g) L. 3. §. 6. b. h) L. 1. §. 6. ff. de bon. poss. cont. tab. junct. L. 1. §. 1. ff. b.

§. 10. E contra fluit inde, quod (A) emancipatus non conferat emancipato a). Horum enim alter alterum haud afficit injuria b); inter se pares sunt; dum quidquid quisque eorum acquirit, soli acquirenti cedit c). Per consequentiam tamen fit emancipato quandòque collatio d). Nec (B) suus emancipato; nec (C) suus suo. Nam sui erant jure civili hæredes: prætoris beneficio haud indigi e); proprii habebant nihil. Profecititia, quæ habebant, non erant propria, divisioni simplici magis, quam collationi obnoxia. Conferre verò debebant propria, ut possent obtinere paterna d).

a) L. 2. §. 5. ff. b. ubi: **UT EMANCIPATI, QUIA INVICEM NON CONFERUNT.** L. 1. §. 24. ff. L. 6. 9. Cod. h. Huber. ad ff. §. 5. b. b) L.

1. §. 5. ff. b. c) *Christin. V. 4. dec. 2. n. 4.* d) *Per L. 1. §. 16. ff. de conjung. cum Emanc. Lib. QUÆ LEX, CUM LOQUATUR DE SPECIALI CASU, UBI EMANCIPATO CONFERTUR PER CONSEQUENTIAM PROPTER PERSONAM SUI FRATRIS, NON OBSTAT THESI GENERALI: QUODEMANCIPATUS NON CONFERT EMANCIPATO. Videsis latè Berger. resolut. leg. obstant. 21. l. b. & Wissenb. V. 2. Disp. 12. th. 4. ff. b.* e) *Vid. §. sq.* f) *L. 1. pr. ff. b.*

§. 11. Si (2) succederent *prætoris beneficio*; adeo ut, suo, antè bon. poss. acceptam, obeunte, ejus hæredi non conferat *emancipatus a*). Illi enim soli suppetias præstitit prætor, cui *edictum suum fatale erat b*). Quam ob rem præter recensitos, in Spho priori descendentes, à collatione ulteriùs exempti erant (D) *ascendentes*. Horum enim plures succedere simul vix poterant olim, quo *filiis sui bona, matre exclusâ, capiebat pater jure peculii*. In *emancipati* bona successio erat succedanea, ut mater, patre non existente, prius succederet ex Scto Tertulliano. Postea eodem Scto cautum est, ut ascendens cum descendente v. c. mater, & soror defuncti simul huic succederent c); sed hæc successio non fundat collationem, cum sit ex jure *civili*; non *prætorio*. Quid? si ascendentes succederent *ex testamento*; tunc utique conferebant? nequaquam: tum, quia collatio olim fiebat tantum *ab intestato d*): tum, quia in ascendentibus cessat collationis ratio; cum quod ad eos nulla subit injuria. Quilibet enim eorum *sibi ipsi* acquirit omnia e). Tandem, (E) *collaterales*, & (F) *extranei*; ubique nullâ collationis ratione existente f) Si (3) succederent *eodem possessionis jure*; nullus hinc locus erat collationi, si alter *civili*, alter jure *prætorio*, hæreditatem petebat g).

a) *L. 1. §. 8. ff. b.* b) *§. 7. Dissert.* c) *§. 3. J. . L. 2. §. 15. ff. L. 2. Cod. de Scto Tertul. L. 4. Cod. de bon. quæ Lib. . L. 10. ff. de suis & legit. hæred.* d) *Vid. §. sq. requis. III.* e) *Zoes. ad ff. n. 4. b.* f) *Wissenb. cit. loc. th. 4.* g) *L. 1. §. 1. L. 6. L. 10. ff. b. L. 20. §. 1. de bon. poss. cont. tab. Stryk. de success. ab int. Diss. II. Cap. 2. §. 3.*

§. 12. Obtinuit collationis necessitas. II. In hæreditate *paterna*, cujus respectu habito *sui* erant *emancipatis* oppositi. Cum è contrâ *fæminæ suos* non haberent hæredes a): patet ratio; cur in hæreditate *materna* cessaret collatio. III. In successione *ab intestato b*). *Emancipatus* veniens ex *testamento*, sive titulo *institutionis c*), sive jure *legati d*), non conferebat. Nam prætoris beneficio non adjunctus; sed patris *judicium* meritus, ex hujus provisione succedebat e); provisio autem hominis est, legis provisione, potentior f) Potuit pater suo adjungere *extraneum*, quidni & *emancipatum*? qui, quatenus *testamento* vocatus, venit, ut *extraneus g*). Quod & juris erat, etiamli (A) *testamentum* lite *inofficiosi* perlatâ pro parte foret rescissum b), aut (B) *filius* suus

suus exhaeredatus, aut (C) pro minore, quam dimidia parte, hæres scriptus esset. Iniquè enim tunc exigi collatio videbatur ab emancipato, propter quem impetratâ bon. poss. *suus amplius hæreditate paternâ habiturus est i*); nisi pater, ne collatio fieret, *supremis judiciis caverit k*). Hinc regula olim fuit generalis: *ex testamento veniens non confert, nisi præceperit illud testator.*

- a) L. 4. §. 2. ff. de bon. poss. cont. tab. b) L. 1. L. 2. 3. 9. 10. Cod. b. L. ult. Cod. comm. utr. jud. c) L. 1. §. 6. ff. b. d) d. L. 1. §. 7. e) L. 39. §. 1. ff. fam. ercisc. f) L. 1. §. 6. ff. b. L. ult. Cod. de pact. conv. g) *Christin. V. 4. dec. n. 4.* h) L. 6. ff. de dot. coll. L. 20. §. 1. ff. de bon. poss. cont. tabb. i) L. 1. §. 4. ff. b. L. 20. §. 1. versu & **HOC SIT CONSEQUENS ILLI** &c. ff. de bon. poss. cont. tabb. k) L. 1. Cod. b.

§. 13. IV. Voluit prætor in collationem venire omnia bona, quæ, *si emancipatus in potestate mansisset, patri acquisivisset*: id est, bona omnia, peculio Castrensi, & quasi Castrensi solis exceptis a): cum hæc in potestate etiam existentibus forent præcipua b); ideoque jus inæquale non ponunt. V. fiebat collatio, factæ læsioni conformiter. Si igitur emancipatus suo abstulit dodrantem; pro dodrante tantum conferebat. Prætor namque succurrebat eis, quos, & quatenus suo edicto læserat; non ultra c). Cuncta ita conferre debebat emancipatus; licet minus reciperet ex hæreditate: cum in ejus potestate esset omittere bon. poss. d). Hinc & dotem olim filia; si bon. poss. peteret e). Diversum erat in filio, qui dotem filia suæ dedit: utpote quæ transit in proprium FILIÆ patrimonium f). Quemadmodum collatio non erat in actionibus, quæ vindictæ potius, quam pecuniæ persecutionem, pro objecto habebant: unde quis non fiebat ditior g).

- a) L. 12. Cod. L. 1. §. 15. ff. b. b) D. L. 1. §. 15. L. 52. §. 3. pro soc. L. ult. Cod. b. c) L. 1. §. 3. & 4. ff. b. L. 1. §. 13. ff. de conjung. cum Emanc. Lib. d) L. 2. §. 5. ff. b. e) L. 1. ff. de dot. coll. f) L. 4. ff. b. L. 3. §. 5. ff. de minor. L. 53. ff. fam. ercisc. g) L. 2. §. 4. ff. b.

CAPUT SECUNDUM.

DE COLLATIONE EX JURE NOVO.

§. 14. Jura legislatorum vicissitudinem patiuntur. Addit alter inventis: alter detrahit; tertius nova inducit. Contigit id præcipuè circa *collationis jura*, quæ hic aucta: ibi mutata; partim Jctorum interpretatione: partim principum rescriptis: alibi nova à D. Imperatore Justiniano introducta. Nam nisi *suus* olim bon. poss. petiisset; collatio ab emancipato exigi non potuisset. Magis tamen sentit Scævola a). *Ut: quemadmodum pro parte hæreditatem retinet jure eo, quod bon. poss. petere posset, ita & conferri debeat. Utique injuriam per eam patitur suus.* Hinc licet non verba; edicti tamen ratio, collationem suadebat.

- a) L. 10. ff. b.

§. 15. Filiam non petentem bon. poss. nihilominus bonis paternis se im-
miscentem, conferre dotem debere, contra edictum rescripsit *D. Pius a)*; ac
ita *suis* imposuit dotis conferendæ onus, à quo olim in hoc casu liberi erant.
Suis profectitiam, & adventitiam dotes; illam duntaxat *emancipatis*, filiam
conferre, cautum est rescripto *Gordiani b)*. Rationem reddit BRUNNEMAN-
NUS *c)*: quod *sui* quippe in parentum obsequio existentes, majore favore es-
sent digni. Verùm: si ab hæreditate, dote contenta, abstineant; non *datam*
solum *retinendi*; sed & *promissam*, quia æris alieni loco est, *exigendi* faculta-
tem, tribuit constitutio *D. Marci d)*. Dotis ad exemplum donationem prop-
ter nuptias collationi subjecit *Imp. Leo e)*, prospexitque simul exhæredatis,
querelâ inofficiosi obtinentibus, atque repudium ita dedit legi 6. ff. de dot.
coll. & 20. §. 1. de bon. poss. cont. tabb. f). Extendit prætoris edictum *Imp.*
Anastasius, ad sui juris effectos, per precum *oblationem*, aut *imperiale rescrip-*
tum g), An idem jus sit, in sui juris effectis per *Patriciatûs honorem?* sunt,
qui negant: at cum in his eadem ratio, quæ in *emancipatis*, locum capiat;
non video, cur *isti* non tenerentur conferre, qui *his* non sunt ab similes *b)*.

- a) L. 1. ff. de dot. coll. b) L. 4. Cod. b. c) Ad d. L. 4. Cod. b. d) L.
ult. ff. de dot. coll. e) L. 17. Cod. b. f) Videatur supra §. 12. Lit. A.
B. g) L. 18. Cod. b. h) *Fachin* Libr. 5. *controv. Cap. 78.*

§. 16. Tandem Flavius Justinianus *Imp.* dum discrimen *profectitium* inter,
& *adventitium* peculia introduxit *a)*, atque sustulit *illud* suos inter, & *emanci-*
putos b): nova collationis jecit fundamenta. Nam 1. non erat ratio collatio-
nis quærenda amplius in *injuriâ*, quâ affliciebatur, qui edicto prætoris læsus
erat; sed in *æqualitate*, quæ familias conservat *c)*. 2. Conferunt omnes *descen-*
dentibus, sui æque, ac *emancipati*, ut æquâ lance, paternam inter se dividant hæ-
reditatem *d)*. 3. Tam ex *testamento*, quàm *intestato*; adeo ut nunc regula sit:
ex testamento collatio faciendâ est; nisi à testatore remissa, vice juris veteris versa *e)*.
Potuit enim pater mortis tumultu, aut datorum oblivione, collationis faciendæ
præceptum omittere *f)*. 4. Sive *patri*, sive *matrî*, quocunque jure succedant *g)*.
5. Sola tantum conferuntur *profectitia b)*. Quis inde non convincatur, *novam*
hodie collationi esse factam formam?. Dissoluto itaque cortice, nucleum ut di-
visim degustemus, oportet. Quare ad definitionem collationis *jure novo* ritè
faciendam propero, ac dico:

- a) L. ult. cod. h. b) §. 5. j. de exhæred. c) L. 17. 19. cod. b. Nov. 18. cap. 6. d) d. l. 17.
e) Vid supra §. 12. in fin. f) Nov. 18. c. 6. Auth. L. 1. cod. ex testamento.
Hinc legis *romæ* ff. b. subtilitas usu caret. g) d. l. 17. cod. b. t. h) L. ult. cod. b.

§. 17. Quod collatio sit actus, quo *liberi* *descendentes* LUCRUM à vivo parente,
cui succedunt, PROPECTUM, eive *acquisitum in communem hæreditatem* inferunt, ut
hæreditas hoc lucro aucta, æqualiter inter eos dividatur. Versatur itaque collatio
hodie,

hodie, circa illationem *lucris*, à *patre vivo*, cui succeditur, *profecti*, aut eidem, id est: *patri acquisiti*; olim *bona quaecunque propria* respiciebat. Quæ igitur de *jure novo*, paucis per definitionem dixi, accuratius perstringam in sequentibus.

§. 18. Absolvitur collatio *jure novo*. I. *personis conferentibus*. Conferunt autem 1. quicumque liberi, sive (A) *emancipati a*), sive (B) *sui b*), sive (C) alio modo *sui juris effecti c*), aut (D) ad bon. poss. *omissam* petendam restituti *d*). 2. *Liberi descendentes*, cujuscunque gradus, aut sexus *e*). Excluduntur *ascendentes*, & *collaterales*, cum nusquam *jure collationis* uti legantur; collatio verò cessat, ubi legis constitutio desuper posita non est.

a) *L. 6. 9. 11. 18. cod. b*. b) *L. 17. cod. b*. c) *Vid. §. 15. & Muller. ad Struv. exerc. ad ff. 37. th. 23.* d) *L. 2. cod. si ut omiff. hered. vel bon. poss.* e) *L. 17. cod. b*.

§. 19 Subjecit *ascendentes* collationis necessitati BACHOVIUS ad Treutlerum *a*), eo, quod *jure novo* æqualis parentum ex testamento *b*), & ab intestato *c*) sit successio. Sed consideret quisque collationem unicè esse introductam æquitàtis, & æqualitatis inter *liberos* servandæ, causa *d*), & facillè concedet inter *ascendentes* collationem non fieri. Hanc sententiam *juris*, & *observantiæ indubitatae*, esse monent viri non infimi *subsellii e*). Enimverò cum *leges codicis liberorum duntaxat* faciant mentionem, ad alium prorsus diversum casum, aut succedendi ordinem, non temerè sunt extendendæ; potest tamen ejusmodi collatio à *statuto* vel *testatore præcipi f*). Quatenus usus modernus à *jure Romano* recedit, videlicet apud *Voetium g*).

a) *Vol. 2. disp. 17. th. 2. lit. B.* b) *Nov. 115. Cap. 4.* c) *Nov. 118. Cap. 2.* d) *L. 17. 20. §. 1. cod. comm. utr. jud. Nov. 18. c. 6.* e) *Huber. §. 5. ff. b. ab illa non esse recedendam in judicando refert Lauterb. in coll. th. pract. §. 6. b. ex Carpzov. part. 3. const. 11. def. 26. n. 8. Muller ad Struv. d. l. th. 25.* f) *Lauterb. cit. loc. Stryk. de success. ab int. diss. 11. Cap. 3. §. 18. & 20.* g) *Ad pand. §. 7. b.*

§. 20. Quando de *collaterali* successione quæritur, pariter diversum nihil à *jure prisco* statuendum, quo *soror* cum *fratre*, *fratri* successura non confert, quod à *prædefuncto fratre* accepit in *dotem a*): nec *sororis filia* *dotem*, quam *defunctus patruus* *matri* dedit, *patruo* confert in *præmortui alterius patruus* successione *b*). Quidquid enim *frater* à *fratre*, *agnatus* ab *agnato* inter vivos habuit, non potest videri datum animo *diminuendæ hereditariæ portionis postmodum obtingentis c*); nisi *testator* expressim in hunc casum providerit *d*).

a) *L. ult. cod. comm. utr. jud.* b) *Carpzov. part. 3. Const. XI. def. 35. Brunnem. ad L. 1. n. 5. ff. b.* c) *Carpzov. d. l. def. 1. n. 1.* d) *Voet. ad pand. §. 6. in f.*

§. 21. Non *primi* solùm; sed & *ulterioris gradus descendentes*, v. c. *nepotes*

tes &c., conferunt, qui patris defuncti loco succedunt *avo a)*: etiam *naturales* ratione lineæ *maternæ*, aut *olim* posthumi *ante* avi mortem concepti *b)*. *Hodie*, cum successio ex sanguine derivetur *c)*, *hi* conferunt indistinctim. *Unius* filii nepotes *plures* conferunt, ut *unus d)*, vel sibi invicem, vel propriis *thiis*, & *hi* vicissim illis *e)*. *Ea* nepotes, *quæ* ipsi *f)*, aut eorum pater prædefunctus, *cujus hæredes extant*, ab *avo* adcepit *g)*, conferre in hæreditatem avi, dubio caret *h)*.

- a) *L. 2. pr. §. 6. & 7. L. 3. §. ult. L. 7. 9. ff. L. 17. 19. cod. b. b) L. 2. pr. ff. b. junct. §. 6. 8. j. de hæred. quæ ab int. defer. c) Nov. 118. cap. 1. d) L. 7. ff. b. e) L. 17. 19. cod. b. ibiq. Gothofr. in Lit. C. f) L. 1. pr. ff. b. g) Arg. L. 14. cod. de R. V. L. 10. 149. ff. de Reg. jur. h) Stryk. cit. loc. c. 2. §. 13.*

§. 22. At si nepotes, abstinendo ab hæreditate *paterna a)*, *solius* avi sint hæredes, an etiam, parenti ab *avo* data, patris conferre debeant? *delicata* magis inter DD. controversia est. *Strykius b)* ejus est opinionis, illos ab ejusmodi collatione esse exemptos, 1. quia, dum mortis *avitæ* tempore non sunt patris hæredes, *avo* succedunt *jure proprio*, gradum patris, non ejus personam præsentantes *c)*. 2. Potuit pater, abstinendo declinare collationem, cur idem non posset filius? 3. *Quid* nepotes conferant, qui à patre nihil habent? *d)*. 4. Hinc ad facti ejus præstationem cogendi non sunt.

- a) *Beneficio enim L. 3. cod. und. Lib. possunt à patris hæreditate abstinere & se immiscere hæreditati avi. b) Cit. loc. c. 2. §. 15. c) Per L. ult. cod. un. Lib. d) Ob L. 1. §. 23. L. 2. §. 2. ff. b.*

§. 23. Quanquam speciosa sat valde sunt hæc argumenta, communior tamen, ipso *Strykio* teste, est sententia contraria: cum 1. imperator ipse *generaliter* nepotibus collationis onus imposuerit *a)*; simplex verò legis decilio, distinctionis omnis privati nescia est *b)*. 2. Nepotes, patre suo *amplius*, ex hæreditate consequi nequeunt *c)*, id, quod fieret, si hoc in casu absolventur à collatione: idque 3. cum *thiorum præjudicio*, quibus jus circa collationem, à patre tempore suo exigendam, erat radicum, quod ex accidenti, præmaturà patris morte, ipsis ereptum dici, dura foret sententia; atque mitiganda, ne alteri per alterum iniqua afferatur conditio *d)*: neque salubriter in alicujus utilitatem introducta, contra juris dictamen, operentur ejus contrarium *e)*; potiùs nepotes *minus* percipere enuntiandum est, ad æquitatem & æqualitatem conservandam, quod & postea agnovit *Carpzovius f)*.

- a) *In L. 19. cod. b. b) L. 3. de offic. præsid. L. 8. ff. de publ. in rem. act. c) Nov. 118. c. 1. d) L. 74. ff. de Reg. jur. L. 39. ff. de neg. gest. e) L. 25. ff. de ll. 1) Part. 3. Const. XI. def. 33. & cum eo Berlich. dec. 247. n. 17. & sqq. præsertim. n. 10. & 35. Faber. ad cod. de pact. def. 17. Struv. execut. ad ff. 37. th. 25. ibique Muller. Brunnem. ad L. 1. ff. b. Post.*

Voet. ad ff. §. 4. Berger acon. jur. pag. 383. atque hanc sententiam constanter in praxi observari monet Huber. ad ff. §. 5. b. cujus sententiam æquissimam vocat Leyserus in medit. ad ff. Spec. 409. ut valde dubito, an recte scripserit Lauterb in coll. th. pract. primam sententiam ex usu inveterato in praxin receptam esse; annon notaverit rectius Abraham à Wesel in tract. de jure connub. 2. c. 6. n. 148. in hanc posterioris sententiæ partem decretis senatoriis itum esse.

§. 24. Nepotes hoc in casu proprio jure, non succedunt a); si hoc admiserit quispiam, proprio juri proportionatam, in capita successionem, admittere coactus erit b); idque contra juris analogiam. Quam ob rem, cum patris in locum veniant, præstant ea, quæ pater si viveret, præstare debuisset, ut aded nihil beneficii habeant ex L. 2. §. 2. ff. h. c); sed potius abstinendo sibi insidiati sunt d). Quod æquitati magis est conforme. Nam durum foret, dolum vel culpam patris præjudicare filio; è contra durum quoque foret, hoc præjudicium imponere agnatis; frater verò vel soror non ita oritur ex fratre, vel sorore, sicut filius à patre, ideoque rationi & æquitati convenientius est, ut factum patris potius filio noceat, quam agnatis e). Ac ita generaliter f) concludo: cum nepotes jure patris repræsentati succedant, collationis præstationem respectu patris elabi nequeunt g); nisi simul ab avita hæreditate abstineant. Nec sufficit hic sola paternæ hæreditatis abstinentia, cum hic de hæreditati paternæ se immiscendo non agatur.

- a) Coccej. in jur. contr. Q. 2. b. Voet. ad ff. §. 5. b. b) Ob L. 2. cod. de suis & legit. c) Vid. §. 23. d) L. 1. §. 23. ff. b. e) Berlich. dec. 247. n. 21. & sq. Voet. d. l. f) Cum Hubero §. 5. ff. b. g) L. 149. 177. ff. de Reg. jur.

§. 25. Hisce penitiùs perpensis, lubens subscribo Abrahamo à Wesel a), ob easdem rationes nepotes, ut ut sine patruis inter se solos concurrentes, collationi fore obnoxios. Sint parùm indigi jure repræsentationis, quoad exclusionem gradu proximiorum; opus tamen eo est, quoad portiones faciendas b); atque vi ejus accipiunt portionem, quam parens, si viveret, accepturus esset; quare & illud conferunt, quod parens intermedius, si viveret, conferre deberet. Hinc filia confert integram dotem, matri datam c), sive eam mater mortis tempore possedit, sive dolo vel culpa possidere desiit d); nisi statuto pater dotem, aut partem ejus lucrifaceret e): quod magis procedit, si testator id voluerit f).

- a) Cit. tract. cap. 6. n. 148. b) Brunnem. ad L. 19. cod. b. c) Carpzov. part. 3. Const XI. def. 34. n. 10. d) L. 2. §. 6. 2. ff. L. 6. cod. h. Voet. §. 3. & 5. ff. b. Stryk. cit. loc. cap. 2. §. 13. e) Stryk. d. l. §. 14. f) Stryk. d. l. §. 16.

§. 26. Conferunt 3. liberi cohæredes. Id est ascendentes successores universales a); etiam ratione lineæ maternæ hæreditatem petentes b). Hinc collatio exi-

gi nequit, (A) à legatariis; sed legati & dotis retinendæ jus habent c): (B) ab eo, qui in re certa institutus, eâque contentus est, cum legatario sit similis d). (C) ab eo, qui abstinet ab hæreditate e); et si hæreditas solvendo æri alieno sit impar f); maximè cum abstinens ad onera hæreditaria non sit obligatus g), cujus exemplum exhibet Huberus h). Pecuniam à filia, patri mutuo datam, præter dotis retentionem, ab hæredibus exigere potest abstinens i), dote amplissimâ non obstante k): modò reliquis legitima salvetur l), ad quam supplendam alias se offerre, vel cogi potest m). Quod æquum est in filiabus, id pariter, ob easdem rationes, æquum est in filiis n).

- a) L. 7. 16. 17. cod. b. Zoes. ad pand. n. 13. b) L. 17. Cod. b. L. ult. inf. cod. commun. utr. jud. c) L. 4. 8. ff. de dot. coll. L. 1. §. 7. ff. L. 10. cod. b. L. 25. cod. fam. erisc. d) Ut putat Lauterb. d. l. §. 5. e) L. 8. 9. ff. de dot. coll. f) Brunnem. ad L. 9. n. 2. ff. b. g) Leyser d. L. spec. 409. med. 6. h) In præl. ad ff. §. 5. b. i) Habn ad Wesenb. ad ff. n. 1. b. k) Lauterb. d. L. de dot. coll. l) Ludov. doctr. pand. §. 10. b. m) L. un. cod. de inof. dotib. Christin. V. 4. dec. 2. n. 4. in f. n) Lauterb. d. L. §. 10. de dot. coll.

§. 27. Conferunt ejusmodi hæredes, siue sint ex testamento tales, siue ab intestato a): modo 4. illo in casu aliàs ab intestato fuissent successuri: aut nemo eos gradu antecedit, quippe legitimæ petendæ jus habent b): licet tempore mortis, quod speciatim hic consideratur, prius facti sint gradu proximiores: uti nepotes mortis parentis c); aut ad hæreditatem pervenissent lite inofficiosi perlatâ d).

- a) Nov. 18. cap. 6. b) Huber. d. L. §. 5. in f. Voet. §. 2. b. c) Voet. §. 3. in f. d) Videfis supra §. 15. Lit. E.

§. 28. Huc pertinent (A) legitimi ex justis nuptiis nati. (B) Legitimi per subsequens matrimonium, aut per rescriptum principis, quatenus jus succedendi cum reliquis nati fuerunt. . . (C) Adrogati, & adoptivi d). Hi olim duntaxat, si patri naturali, & legitimo succedere cuperent; hodiè indistinctim, siue patri, naturali legitimo, siue adoptivo, succedunt, cum huic nunc succedant ab intestato h): hanc æquam esse sententiam judico, cum non oporteat adoptivos, legitimis esse melioris conditionis: quandoque conferunt per alium c). (D) Ex jure germanico adoptivis similes: v. c. unil, cum parentibus æqualiter succedant d). (E) Naturales, si agatur de successione linæ maternæ; paternæ non item. Illius enim intuitu competit legitima e); non hujus respectu f). Idem judicandum est de spuris g). Excipiuntur, respectu linæ maternæ, naturales, vel spurii à matre illius: quod in statuto Juliæ & Montium h) extensum fuit ad casum, ubi mater plebeja haberet liberos legitimos. Sicut hiis enim in casibus non succedunt, ita nec conferunt.

- a) L. 1. §. 14. ff. b. b) L. 5. cod. de suis & legit. Hopp ad §. 2. j. de adoption. confer. Struv. exercit. ad ff. 37. th. 24. Stryk. cit. L. §. 10. Fachin. Libr. 5. controu.

controv. cap. 78. concl. 7. c) L. 2. ff. de dot. coll. in pr. d) Statuto jul. & mont. von ein Kindschafft §. und sollen all weg. e) Stryk. de cautel. testam. c. 16. §. 9. f) Card. Tuschtom. 5. Lit. L. concil. 182. n. 34. g) Vid. Stryk. de succ. ab int. c. 2. §. 11. h) Cap. 78. §. es mögen.

§. 29. E contrario extra album conferentium sunt 1. *extranei*, quorum nomine intelliguntur omnes illi, quos *juxta* legem sola testatoris voluntas hæredes fecit a), sive soli sint, sive cum *legitimis* hæredibus concurrant b): nisi Statutum conjugii superstiti, cui jungit extraneum, collationem imposuerit c). 2. Liberi *ritè* atque *justè* exhæredati d). 3. *Nepotes* (A), cum *vivo* patre hæredes simul instituti, quia eis legitima non debetur e). (B) Quorum *parens* *exheres* scriptus est f). 4. Cui *minor* pars assignata in testamento, is non confert in *majori* parte instituto, tum; ob legem claram g), tum; ne collatio contra naturam h) operetur inæqualitatem, ad quam evitandam, id, quod datum est, præsumitur præcipuum habere in *minori* parte institutus. 5. *Separati* *abgefunden* *Kinder*, qui certâ portione accepta per *statutum* excluduntur à reliquâ hæreditate i). Nec collationem renovat institutio eorum à patre postea facta, cum utrobique veniant jure extraneorum k); quod secus est, si liberi *paçto*, aut *jurato*, parte certâ acceptâ, *renuntient* futuræ successioni (quod *hodie* juris est l); quia instituendo pater, juramentum remisisse dicitur m). Hinc *jure communi*, patri ex testamento succedunt n). 6. *Privigni* o).

a) Muller. ad Struv. d. l. th. 26. Lit. D. b) L. ult. cod. comm. utr. jud. L. 19. & ult. cod. h. c) Stryk. d. l. c. 2. §. 21. d) L. 4. ff. de dot. coll. Laut. d. L. §. 10. e) *Vide* *defis* *præjudicium* apud *Joh. à Sande* Lib. 4. tit. 10. *def. un. quem sequitur Haber.* §. 5. *inf. dissentit Wissenbach.* V. 2. disp. 12. th. 18. *de dot. coll.* f) *Voet.* §. 2. h. g) L. 39. §. 1. ff. famil. ercisc. h) Nov. 18. c. 6. L. ult. cod. comm. utr. jud. *Fachin. Libr. 5. contröv. c. 78. dissentit Muller. ad Struv. d. L.* i) Stryk. d. L. c. 2. §. 5) *inf. Muller. ad Struv. d. l. th. 26. not. IV.* k) Stryk. d. l. c. 6. §. 10. *Lauterb. §. 10. de dot. coll.* l) *Gail. Lib. 2. obs. 147.* m) *Apud Mynsing. centur. 2. obs. 7.* n) *Quod exquisitissimo responso illustravit Stryk. de success. ab int. diff. 1. cap. 4. §. 26.* o) L. 3. 7. cod. comm. de success.

§. 30. Conferendum est non 1) *natis* solùm; sed & 2) *posthumis* a); etiam 3) *impuberi*, cui statûs controversia mota fuit, præstitâ cautione, ut victus, sicut hæreditatem; ita & conferenda præstet b). 4) *Exhæredato* in certo casu c), 5. *Suis* à suis, aut ab emancipatis, atque 6) *emancipatis* inter se invicem. d); & quidem in ultimo casu conferri *dotem* & *donationem* propter *nuptias* expediti juris est; dubium verò, an *cætera omnia* à vivo patre, cui succeditur, *profecta* *emancipati simpliciter* conferant *emancipatis*? negat hoc inter alios *Fachinæus* e), ob verba finalia legis 17^{ma} cod. h.: *emancipatis pro tenore præcedentium collaturis*. Verum cum hodie æqualitas inter liberos servanda, & non injuria tantùm, ut *olim*, exhauriat omne collationis fundamentum, probo æquam alio-

rum f) sententiam, omnia profectitia ab emancipatis simpliciter esse conferenda, pro tenore sequentis thematis.

- a) *L. ult ff. L. 11. cod. b Stryk d. L. diff. 11. c. 2. §. 12.* b) *L. 3. §. 1. ff. b.* c) *Nempe in casu L. 20. §. 1. ff. de bon. poss. cont. tabb. Wissenb. V. 2. disp. 12. th. 7. b.* d) *L. 17. cod. b. quæ abrogatur legi 9. cod. b.* e) *Lib. 5. contr. c. 77. concl. 4.* f) *Mul-leri ad Struv. d. L. th. 24. Lit. B. Zoes. n. 11. b. Berlich. dec. 247. n. 13. & 14. Wis- senb. d. L. th. 4. Stryk. ad us. mod. §. 3. b. & de success. ab int. diff. 11. c. 2. §. 5.*

§. 31. Facienda est H. collatio in bonis, quorum super collatione constitutio legis est posita a). *Omnia liberi olim patrifam. acquirebant. Peculia à Cæsari- bus dein distincta, ad tria genera reduxit D. Justinianus. Acquirebant 1. liberi sago, vel toga, aut alterutrius occasione. Aut 2. ex re patris, vel hujus principe intuitu. Aut 3. extrâ has causas, ex liberalitate, fortuna, opera, successione. Sunt ista mi- litaria, castrensia, si sago; quasi castrensia, si toga, acquisitionis sit causa, vel ansa. Illa profectitia. Hæc adventitia sunt; regularia, quæ usufructu tenus patris, pro- prietate tenus liberorum sunt; irregularia, quæ pleno jure ad filios iam spectant b).* Circa bona *militaria* liberi plenissimè disponunt ut patresfam. Administrationem habent solam in bonis, in peculium profectitium datis, jure horum pleno apud pa- trem residente; quod secus est in bonis à parente in liberos ob causam: v. c. dotis &c. profectis, quorum dominium liberis est proprium c).

- a) *L. 19. c. b.* b) *Irregularia continentur in Nov. 117. c. 1. auct. excipitur. auct. idem est. auct. item hæreditas. L. fin. pr. & §. ult. L. 6. §. 2. cod. de bon. quæ Lib. Nov. 118. c. 2. Nov. 134. c. 11.* c) *L. 3. §. 5. ff. de minor. L. 35. ff. fam. excise.*

§. 32. Cum alia præter hæc, liberis bona non sint, in his collatio fieri, vel non fieri debet. In quibus? In omnibus, quæ à parente mortuo ad liberos, qui ei succedunt, & defuncti mortis tempore exinde ditiores sunt, in vivis profecta sunt a): modò ex legis, vel hominis dispositione à defuncti patrimonio perpetuam separa- tionem non sint passa.

- a) *L. 17. cod. b. l. 29. 30. de inoff. testam.*

§. 33. In genere conferuntur profectitia, & profecta quidem omnia, aut ab ipso pa- rente, cui succeditur, cujuscunque sexus, aut gradus sit a), aut ejus contemplatione; mei enim contemplatione quod accipitur, à me acceptum habetur b). Videat quam aliàs peculium profectitium, ad titulum de peculii, sumi solitum est: quem- admodum dos profectitia pariter alio hic sensu venit. A matre data, in materia data, ibi profectitia; in dato casu, hic adventitia d). A patre data, confertur in successione patris, non matris, & versâ vice. Ab avo, vel avia data, confer- tur in successione avi, vel avia; non patris, non matris: nisi alterutrius intuitu data

data sit, de quo infra. Quandoque pars profecti *dimidia tantum* confertur: puta, si profectum sit ex *intà*, inter parentes bonorum communione, & liberi in alterutrius parentis hæreditatem succedant.

a) *L. 17. l. f. cod. b.* b) *L. 6. ff. b. l. 5. §. 2. ff. de jur. dot.* c) *L. 17. cod. b.* d) *Stryk. ad us. mod. §. 6. de dot. coll. Beck. in tract. de coll. bon. cap. 3. §. 8. cap. 2 §. 106.*

§. 34. Profecta 2. *in vita parentum*; non post mortem eorum, utpote quæ jure *extero* capiuntur a), quælitæ: puta (A) *legata* b), (B) *relictæ in codicillis* c), (C) *donata mortis causa* d), etli dos ita relictæ foret e) ne ultima frustretur voluntas f), (D) *liberis ab extraneo post mortem patris*, hujus etiam intuitu, *donata* g), (E) *post mortem patris debita*, ut ut in vita ejus ea nactus sit filius b); manet enim *actus mortis causa* i), (F) *fideicommissa à parentibus, ab extraneo institutis, relictæ liberis post fatum eorum* k); quod secus erat *olim* in legatis emancipato relictis, *cum pater morietur* l), quatenus moriendi momentum vitæ tribuitur m).

a) *L. 10. cod. b. ibiq. Brunnem.* b) *L. 4. ff. de dot. coll.* c) *L. 15. 16. cod. b.* d) *L. 13. cod. b.* e) *Stryk. c. 6. §. 7.* f) *L. 28. 42. ff. L. 7. cod. fam. circisc.* g) *Faber ad L. 3. cod. tit. 25. def. 11.* h) *L. 11. ff. b.* i) *Brunnem. ad L. 11. n. 4. ff. b.* k) *L. 1. §. 19. ff. b.* l) *L. 1. §. 18. ff. b.* m) *L. 18. §. 1. ff. de manum. testum.*

§. 35. 3. Conferuntur profecta, *defuncti mortis tempore, opes liberorum adhuc augmentia*. Quæ ante fatum dantis *plene* definiunt esse in patrimonio accipientis, non item a). *Minus plene* consumpta, ex quibus liberi facti sunt ditiores; dum parcunt propriis, ad collationem pertinent: uti surrogatum *hic* sapit naturam ejus, cui surrogatur b). *Dolus, culpa* nocet ad conferendum obligato c), qui conferre cogitur rei peremptæ *æstimationem* d). Cautela alienandi, ut collatio *cellet*, idcirco *periculosa* existit. *Casus fortuitus, rei, & æstimationis* collationem tollit. Equidem est conferens rei conferendi Dominus; sed simul *debitor* est e), qui interitu speciei liberatur; quantitate *casu* peremptæ, liberatur conferens, quia nihil facit lucri; actio tamen, si quæ *hic* datur f), quæ est *in bonis* g), collationi obnoxia est. Consumptio *egem*, bonâ *fide facta*, ut is subveniat *necessitati*, sapit *alimenta* h), quæ, etli quidam liberorum diutius *de bonis* parentum fuerint aliti, utpote jure *naturæ* debita i), non sunt conferenda k).

a) *L. 1. §. 9. ff. de dot. coll.* b) *Stryk. d. l. c. 6. §. 4.* c) *L. 1. §. 23. L. 2. §. 2. ff. b. conf. Stryk. c. 5. §. 6. & c. 6. §. 2.* d) *L. 5. §. 3. ff. b.* e) *Stryk. c. 6. §. 2.* f) *L. 5. cod. b. Nov. 97. c. 6.* g) *L. 2. §. 4. ff. b. i.* h) *Stryk. c. 6. §. 4. Lauterb. §. 13. ff. b. & §. 5. de dot. coll.* i) *Stryk. c. 4. §. 17.* k) *Confer. Huber. §. 4. excep. 4. ff. b.*

§. 36. *In specie* conferuntur profecta 1. *administrationis causa*: bona *in peculium profectitium* data; etli ad conferendam obligatus *abstineat* ab hæreditate a); quod secus est in profectis ob *aliam causam* b); cum *hic* accipiens *sibi* acqui-

rat

rat dominium, *ibi dans* illud retinet. Quid? si filius ex bonis in peculium profectitium datis *lucrifecerit*, an id conferat? varii c) varia sentiunt. In dubio *lucrum*, utpote peculii partem, conferendum esse credo. Si verò filius sit separatus: proprios instituerit lares, pro filio præsumtio est, quod ex *propriis* *lucrum* fecerit.

- a) *Brunnem. ad L. 12. n. 5. & 6. cod. b.* b) *Vid. §. 31. in fin.* c) *Cravet p. 1. conf. 125. idem asserit, si nomine & periculo patris tale lucrum quæsitum sit. Haberus §. 3. ff. b. id generaliter negat, ne filius industrius conferat in desiderium: ne per hoc æqualitas turbetur; alias conjecturas referunt Schneidewin ad tit. j. per quas pers. cuiq. acq. Fachinæus lib. 5. cont. c. 83. Stryk. cap. 4. §. 19. Zoef. n. 44.*

§. 37. 2. *Dotis causâ.* Nil crebrius confertur, quam *dos a)*. Sola hodie, *mutatâ constitutione Imper. Gordiani b)*, *profectitia c)*, quæ *hic* proficiscitur à parente, *ejusve intuitu, cui succeditur d)*. *Dos*, ab *avo*, vel *avia* data, *patris* intuitu, in *nepti avi* in ædibus à teneris alitæ in pignus amoris, quem auxit; varia officiorum senescenti exhibita reverentia, *avus* dotem dedit &c., collatio cessat *f)*. A *patruo*, vel *amita* proveniens, sicut in *dubio fratris* respectu data, non præsumitur, ita inter conferenda non reponitur *g)*.

- a) *L. 1. §. 20. ff. L. 3. 4. 12. 14. 16. 17. 20. cod. b. Gail. Lib. 2. obs. 91.* b) *Vid. §. 15.* c) *L. ult. cod. b.* d) *Vid. §. 33.* e) *L. 6. ff. b.* f) *L. 74. de jur. dot. itâ banc L. 79. & dictam L. 6. ff. b. conciliant Voetius ad ff. n. 1. de dot. coll. Wissenbach. d. L. th. 10. Carpzov. p. 3. Const. II. def. 35. Stryk cap. 4. §. 6. atque hic auctor dotem in dubio neptis intuitu datam concludit contra Brunnem. ad L. 79. n. 2. ff. de jur. dot. Carpzov. d. L. Menoch. L. 3. præf. 17. n. 18.* g) *Carpzov. d. L. def. 35. qui ibi respondet ad argumentum contrarium ex L. 10. §. 6. de vulg. & pup. subst. petitum, quod loquatur de casu adrogationis, hic prorsus alieno.*

§. 38. Non solum *dos data*; sed & *promissa* confertur *a)*. Hoc fit restituendo obligationem, aut cavendo de ea non petenda *b)*; datis tamen marito *usuris*, si in datione *mora* intervenerit *c)*. Tantum, quæ nupsit, conferre debet, quantum de dote à marito recuperare potest *d)*, si perit, non *solidam semper*; nisi *filia* imputari posset *dotis interitus*, quod contingit, (A) si *filia*, maritum magis, magisque labi facultatibus, patrem monere desierit: (B) ipsamet eam à marito, ad incitas abeunte non exegerit, cum *potuisset*, veluti 1) si *majo-* *pennis & sui juris* sit, aut 2) in patria potestate existens; sed *patris consensu*. *Dolus* igitur, & *culpa*, quibus perit *dos data simpliciter, in rebus, in specie consistentibus*, aut *æstimatò*, ut sciri possit ejus valor, obligat *filiam* ad *æstimationis* collationem; *casus fortuitus*, ad cessionem actionis *fructuosæ*, eo nomine *competentis f)*. Si verò *dos* in rebus, *in specie* quidem *consistentibus*, sit data; sed *æstimatò*, *vendendi causa*, aut in rebus *fungilibus, casus fortuitus*, respectu *mariti* contin-
gens

gens, ne quidem tollit *æstimationis* collationem, eo, quod perit *marito*: filia inde semper est ditior, saltem quoad facultatem repetendi dotis *æstimationem* à marito g); si verò filia sine sua culpa *æstimationem* non posset consequi, *nudæ actionis* collatione defungitur h). Quandoque dos *remissione* confertur, si nempe apud maritum, qui civilis ejus est Dominus, existat i).

- a) L. 1. §. 7. 8. ff. de dot. coll. L. 2. 17. ult. cod. b) L. 1. 8. ff. de dot. coll. L. 2. cod. b. c) L. ult. §. 2. de jur. dot. L. 2. cod. de dot. promiss. Perez. n. 2. inf. d. t. d) L. 1. §. 6. ff. de dot. coll. L. 2. §. 6 ff. b. e) Vid. §. 35. f) L. 10. pr. L. 12. §. 1. L. 42. ff. de jur. dot. g) Auth. quod locum cod. b. secundum quam multis in locis judicari testatur Lauterb. §. 9. de dot. coll. cum ibi citatis. h) L. 5. cod. b. nov. 97. cap. 6.

§. 39. De *appendicibus* dotis idem judicium ferendum est; ac de ipsa *dote* a), cujus nomine hic comprehendi cuncta, quæ liberi *nuptiarum* intuitu, ut *lucrum* accipiunt, monet LEYSERUS b). Recepta inde sententia est, conferri à filiabus *ornamenta*, *mundum muliebrem*, *inaures*, *armillas*, *torques*, *aliaque jocalia*, & *vestimenta pretiosa* c): imò *quotidiana* propter *nuptias* data; si vero filia, in sacris paternis constituta, *quotidiana* nullo *nuptiarum* intuitu accepit, ut *pars alimenterum* ei præcipua sunt d). Confertur *arrha sponsalitia*, nobilibus dari solita e), quatenus propter eam conferens *in lucro hæret* f): nisi patris voluntas, aut dati modicitas g), aut loci consuetudo h), ubi accipiens eam privativè lucrificat i), diversum suadeat. Par ratio est in *sponsalitiis largitatibus* à parentibus profectis k); ab alio profectæ sunt *adventitia* bona. extendit hoc ad erogata à patre in filium, ne *repulsam* pateretur à puella nobili, VOETIUS. l) Id tamen minime adplicandum est ad erogata in *proxenetas* m).

- a) Gail. Lib. 2. obs. 91. n. 5. b) Spec. 414. med. 1. c) Surdus decis. 119. n. 1. d) Leyser. d. L. med. 2. Gail d. L. Berlich. part. 3. concl. 17. n. 8. Carpzov. d. L. def. 11. conf. Stryk. ad us. mod. §. 3. de dot. coll. e) Carpzov. d. L. def. 12. f) Stryk. c. 4. §. 11. g) Carpz. d. L. h) Lauterb. d. L. pr. de dot. coll. i) Beck. cap. 3. §. 37. k) Beck. cap. 3. §. 39. l) §. 3. ff. de dot. coll. m) Lauterb. §. ult. de dot. coll. Stryk. cap. 4. §. 11. dissentit Muller. ad Struv. d. L. th. 43. Lit. D. not. 2. sed fundamento destitutus.

§. 40. Veniunt huc porro *dona nuptialia*, in quantum in lucro consistunt, argumento *donationis simplicis* a). Regulariter *integra* ex rescripto Imperatoris Justiniani: *nulla discretionem intercedente*, utrum in ipsas *sponsas* pro liberis suis memorati parentes contulerint, an in ipsos *sponsos* earum, ut per eos eadem in *sponsas* donatio celebretur b); ab extraneis data sunt *adventitia*, uti & pecunia à patre ideo data, ne ejusmodi *dona* acceptent liberi c); *adventitia* autem collationi non sunt subjecta d); nisi loci consuetudine, vel patris dantis voluntate, sint loco dotis, aut *pars dotis*, vel pater ea percepit in *compensationem* sumptuum nuptia-

nuptialium, quo casu hi, vel illa conferenda sunt e). Est quoque collatio quoad subsidia parentalia f), quæ instar mutui gratuiti sunt g). Hinc usuræ sine pacto, vel mora non sunt h). Excipit Berlichius i) consumpta, cui addas, velim: plene consumpta. Eapropter conferenda esse alimenta à patre filia, marito, ejusque liberis data, sumtus puerperii, aliosve similes judicarem. Nam esto, quod donatio quandoque præsumatur, non possum tamen deferre sententiæ VOETII k), cum donatio simplex non sit extra collationem posita: præterea ejusmodi donata propius adcedunt ad dotem, & donationem propter nuptias l).

a) Vid. infr. §. 43. & sqq. b) L. 17. cod. b. Leyser. spec. 306. med. 6. c) Berger in acon. jur. pag. 385. not. 9. d) Lauterb. §. 12. de dot. coll. vid. infra §. 53. e) Lauterb. d. L. Stryk. cap. 4. §. 9. f) Laut. d. t. §. 12. g) Berger. d. L. pag. 383. not. 6. h) Beck. c. 3. §. 42. n. 6. i) Part. 2. dec. 246. n. 15. sqq. k) §. 4. ff. de dot. coll. l) Stryk. c. 4. §. 12.

§. 41. A dictis differunt sumtus festivitatis, & convivii nuptialis; magis namque parentum in honorem, quam liberorum opum augmentum, sunt impenſi a). Nec diversum operatur læsio reliquorum in legitima b). Inde non elocati pro nuptiarum suarum impenſis nihil ab elocatis exigere possunt c). Fallunt hæc 1. si dans hos sumtus fecit expresso animo, dona nuptialia in compensationem eorum sibi acquirendi d): 2. si voluntate dantis sint pars dotis e): 3. si filia inde ditior facta sit, cujus species videri est apud LEYSERUM f). Quid, si pater hos sumtus signaverit, an collatio idcirco præcepta censetur? idem hic dictum volo, quod infra g) scripsi de sumptibus studiorum.

a) Voet. §. ult. de dot. coll. b) Leyser. spec. 414. med. 3. c) Beck. c. 4. §. 85. 86. d) Ut dixi in §. 40. e) Berger. d. L. Carpzov. p. 3. c. 11. def. 21. 22. f) Spec. 414. med. 4. g) Ad §. 65. conf. Stryk. c. 4. §. 8. Beck. c. 4. §. 88. Carpzov. d. L. def. 16. & def. 23. n. 23 & 24.

§. 42. Quod dictum est hucusque de filiabus, in filiis pariter obtinet, idcirco non vestimenta nuptialia tantum a); sed & donationem propter nuptias dantis suadeat, de dote ad hanc valeat argumentum b): est inter eas æqualitas in constitutione, & præstatione c); ideoque & fundum filio, ut potiretur filia nobili, ad donationem propter nuptias datum, conferendum esse tenet WISSENBACHIIUS d).

a) Leyser. spec. 414. med. 2. b) L. 17. 19. 20. cod. b. L. 29. cod. de inof. test. c) Gail. Lib. 2. obs. 78. d) P. 2. disp. 12. tb. 16.

§. 43. Fit 3. collatio quoad ea, quæ ex liberalitatis causa profecta sunt, veluti donatio simplex, circa quam multum dubii causant leges obstantes a). Olim eam contulisse emancipatos velle videtur FABER b): à suis eam fieri debuisse; non

non ab emancipatis tenent WISSENBACHIUS c) & VOETIUS d): eam cessare, si à matre: aut à patre facta sit; sed filio emancipato, differit: ZOESIUS e). Sed vereor, num ita in partes ire liceat *jure novo*, quo perinde est, an bona profecta sunt à patre, an à matre, quo suos inter & emancipatos differentia in successione, quoad quæstionem: *an succedant*, usu caret.

a) *Videtur enim L. 13. cod. b. donationem simplicem collationi subijcere; L. 18. ff. fam. erisc. vero ab ea eximere.* b) *Ad cod. Lib. 6. tit. 4. def. 4.* c) *V. 2. disp. 12. tb. 12.* d) *§. 13. ff. b.* e) *N. 22 ff. b.*

§. 44. Donationem simplicem generaliter esse hodie positam extra collationem non dubitat quidem HUBERUS a) cum aliis plurimis ex variis moti-
vis. 1. Ob legem 18. Cod. fam. erisc. ubi: *filia, cujus nomine pater res comparavit, si non postea contrarium ejus judicium probetur, per arbitrium dividendæ hereditatis præcipuas adjudicari: 2. morte saltim firmatur b).* Hinc instar legati non confertur c): 3. *filiusfam. usumfructum, à patre sibi quæsitum habet præcipuum, quasi diuturna donatione d): 4. sunt duo casus expressi in jure e), in quibus collatio non obtinet quoad eam; (A) si alteri simplex donatio, alteri dos, vel donatio propter nuptias sit data; hoc conferente, & ille conferre debet, ut observetur æqualitas. (B) Si collationis legem tempore donationis imposuerit donator indulgentiæ suæ e).* Hinc extra hos duos casus collatio finit, cum exceptiones firment regulam in casibus non exceptis. 5. Donatio fieri solet ex affectu singulari in unum, quæ si conferretur, non esset donatio uni facta, in qua successuri sunt quoque reliqui, idque adversus illos solos, quibus donarunt f).

a) *§. 4. except. 2. ff. b.* b) *L. 25. de donat. int. v. & ux.* c) *Zoes. n. 25. b.* d) *L. 6. §. 2. cod. de bon. quæ Lib. Lauterb. §. 17. b.* e) *L. pen. §. 1. cod. b.* f) *Coccej. d. L.*

§. 45. Exquisite his argumentis motus est Fachinæus a) ut donationem simplicem suo quoque præcipuam esse, scripserit; veritatis tamen unicæ, ut ait, studio eam retractavit postea b), ac voluit illam à suo conferendam esse: 1. quia litera legis 13. Cod. h. collationis à suo faciendæ est aperte decisiva: *si is (FUNDUS) filiaf. constituta tibi à patre donatus est, cum sorore patri communi succedens, eum præcipuum habere contra jura postulas.* Memini adhuc legis 18. supra c) mihi oppositæ; sed lactor spe pacis: non nosco antinomiam in his legibus eosdem auctores: Impp. DIOCLETIANUM & MAXIMIANUM, habentibus. Nec dicam cum COCCEJO d), legem 18. loqui de vestimentis filiaf, in sacris paternis constitutæ, nullo nuptiarum intuitu comparatis, quæ, ut pars alimentorum, præcipiuntur. Licet enim Imperatores ad speciales rescripserint casus, nulla tamen vocula hunc casum persuadet. Alium sibi fecit STRYKIUS e): *Filiaf emancipatæ nomine rem pater ejus comparavit. Quæsitum est, an hæc res conferenda esset; quod explicuit ille, rem esse filiaf præcipuam; sed expositum, si à patre abscessit, conferri debere, quod*

ejus indolis est verbum: *adjudicatio*, in actione *familiae eriscunde*; at hanc interpretationem non admittere vocem: *præcipuum* STRYKIO respondit BRUNNEMANNUS f). Pro *scdere* assentior CUJACIO g), quem secuti sunt FACHINÆUS b) WISSENBACHIUS i), varias *hic* pro conciliatione harum legum adlegat opiniones, in fine eligit Cujacianam: quod lex 18. præsupponat extans *patris iudicium*; sed donationi *non contrarium* ob verba sequiora: *si non postea contrarium ejus iudicium probetur*. Ex *testamento* autem collatio olim cessabat. Econtrà lex 13. rescripta sit in casu *successionis legitimæ*, cui collatio erat *propria* k). Absorbeat, ut ait Huberus l), regulam Cujacianam, qua suus, non emancipatus confert, hæc explicatio, thelis mea salva est.

- a) *Lib. 5. cont. c. 80.* b) *In Lib. 6. cont. c. 64.* c) *§. 44. n. 1.* d) *Injure contr. 4. 3. b.* e) *C. 4. §. 14.* f) *Ad L. 18. cod. b.* g) *Lib. 3. c. 30.* h) *Lib. 6. c. 64.* i) *Cit. loc.* k) *Vid. §. 12.* l) *§. 4. except. 2. b.*

§. 46. Si 2. donatio ab initio valida sit, conferendam esse eam, habet FACHINÆUS a); cum hic cesset ratio dubii: *quod donatio, ab initio invalida, valetur morte donantis*. Proin nihil me dubii tenet, quominus *donationem morte confirmandam* in conferendorum numerum inscribam, quod valor ejus retrotrahitur ad *initium donationis*, per eandem mihi supra oppositivè adlegatam legem 25. ff. de donat. inter Vir. & Ux., quam nunc in litera adduco: *ita firmas, ait Justinianus, esse per silentium donatoris, vel donatricis sancimus, si usque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes actis fuerint insinuatæ. Et paulo infra: tunc & silentium donatoris, vel donatricis, & specialis confirmatio ad illud tempus referatur, quo donatio conscripta est. Quid ita, talem donationem hic ejusdem esse naturæ, cum donatione, quæ ab initio valida est, dicere vetat? 3. Doti, & donationi propter nuptias similem esse hic donationem simplicem fatetur Imperator in L. 20. §. 1. ff. h. in verbis: *Fubemus ad similitudinem ejus, qui ante nuptias donationem, vel dotem conferre cogitur, etiam illam personam, quæ nullâ dote, vel ante nuptias donatione datâ, simplicem donationem à parentibus accepit, conferre eam. Abuti hâc lege videntur illi, qui postremis ex verbis exceptionem eruunt; cum vanum ibi donatarii refutetur argumentum b), seu, ut nostrates loqui solent: ratio dubitandi exhibetur.**

- a) *Lib. 12. cont. cap. 61. ubi sententiam in Lib. 6. cap. 81. positam revocat.*
b) *Gotbofr. ad d. L. Lit. M.*

§. 47. Juvat hanc sententiam 4. *Novella 18. c. 6.*, quâ Imperator jus vetus extendit ad casum *testati*; sed circa res per dotem, vel alio modo a) datas, nullam mutationem fecit. Et 5. *æqualitatis favor*, quem Imperatores cuilibet commendatum crebro b) volunt. Reliquum est, ut L. 6. c) intuear. Sanè! opes græciæ hic sitæ non sunt. Aliud est: *non acquirere*; aliud: *ex suo quid dimittere*. Hoc conferendum est; illud, circa quod disponit L. 6., non item d).
Nec

Nec negotium faceffit ratio adversæ sententiæ ultima e). Nam quamvis collationis prohibitio tacitè facta, liberet ab ejus onere f); non puto tamen ex donatione absolutè facta colligi posse, parentem donatorem tollere voluisse inter liberos æqualitatem. Donatio hinc simplex conferenda est à suis; quod de emancipatis minimè negatur.

- a) Quæ dictio: alio modo, similitum repetitiva non est, sicut dictio: alia; sed obstantium, quæ simpliciter data sunt, inductiva. Diss. Wissenb. d. L.; th. 12. b) L. 17. 20. §. 1. cod. b. Nov. 18. c. 6. L. ult. cod. comm. utr. jud. c) §. 2. cod. de bon. quæ Lib. d) Vid. §. 35. in fin. e) Vid. §. 44. in fin. f) L. 17. in fin. cod. b.

§. 48. Conferuntur 4. profecta ob causam militiæ acquisitæ, quo nomine venit officium palatinum, quo quis à Principis erat libellis, epistolis &c., quique ex eo certos redditus habebat. Cum hæc emi, vendi a); legari b); aliove modo ad hæredes transmitti c) solet, filii, qui eam meruit, patrimonium augebat; quod si haberet præcipuum; reliquis esset in præjudicium. Æqua inde constitutio in L. 30. d), quæ filio militiam imputat in legitimam: æqua in L. 20. e) plana sanctio: ut omnia, quæ in quartam portionem ab intestato successionis computantur --- omnimodo cohæredibus conferant f). Quod tam in aliis, quam his, quæ occasione militiæ, uni ex defuncti pecuniis acquisitæ, lucratur is, qui militiam meruit: ut lucrum (non omne, sed illud solum) quod tempore mortis defuncti ad eum pervenire poterat, non solum quartæ parti, sed & ab intestato conferatur. Vel ergo lucrum tale, vel æstimatio mortis tempore, hic specialiter considerando, justa, est conferenda g).

- a) L. 52. §. 2. ff. de act. em. vend. b) L. 22. ff. de leg. II. L. 102. §. 3. ff. de leg. III. c) L. 119. §. 1. de leg. II. L. 11. §. 16. de leg. III. L. 27. cod. de Pign. & Hypoth. Nov. 53. c. 5. §. 1. d) §. 2. cod. de inof. testam. e) Pr. cod. h. f) Inde quidam eruunt regulam: quæcunque quartæ parti imputantur, ea ab intestato conferuntur. Quæ de acceptis à parente vivo intelligenda est, ut rectius procedat negativa: quicquid in legitimam non imputatur, non confertur. Stryk. cap. I. §. 9. g) Voet. §. 20. b.

§. 49. Exolevit id militiæ genus novis diebus. Similem munerum nundinationem vitio seculi, eheu! receptam refert LAUTERBACHIUS; id de Galliæ moribus testatur HUBERUS a), quique neminem erraturum putat, liberos vel pretium pro officio venali expositum, vel lucrum exinde, deducto operæ suæ pretio, redactum conferre debere ob dictam L. 20., sed ibi non fieri mentionem omnis lucri, modo anticipavi b). Si militia emta filio sit tradita; æstimationem: si pretium ad eam emendam datum sit; hoc esse conferendum est opinio BRUNNEMANNI c) refutata à STRYKIO d). Cum verò certum sit,

filium ita lucrum ex bonis paternis percepisse, juri Justinianæo conformiter, tantum conferre debet, quanti ea tempore mortis defuncti habetur.

a) §. 4. posit. 8. b. b) In §. priori. c) Ad L. 20. n. 5. cod. b. d) Cap. 3. §. 5.

§. 50. Sed an id, quod dignitatis, quæ etiam militia audit, nomine à patre datum est, vel debetur, conferre quis in commune cogatur. Videmus? Et ait Papi-
 manus non esse cogendum: hoc enim propter onera dignitatis præcipuum habere oportere. Sed si adhuc debeat? hoc sic interpretandum est, ut non solus oneretur is, qui dignitatem meruit: sed commune omnium hæredum sit onus hoc debitum a). Dignitatis ergo, & militiæ stipendiariæ collatio est necessitatis; illæ dignitates, quarum emolumento majora sunt onera, collationis lege non exemptæ sunt solùm; sed debita in eas facta ab omnibus hæredibus solvenda sunt. Præcipit hinc filius sumptus Doctoratûs, Licentiæ, Magisterii, Notariatûs &c. à parentibus erogatos. Filii namque ex honore, patris, & totius familiæ nomen splendet: dignitates illæ filium onerant: sanctus tempore mortis non extant; sunt peculii quasi castrensis b).

a) L. 1. §. 16. b. b) Huber. §. 4. posit. 8. b. Leyser. spec. 414.

§. 51. Conferuntur 5) profecta ex causa contractus v. c. fidejussionis, cum liberatio debiti meliorem debentis faciat conditionem: mutui; commodati a). Quo refero instrumenta mechanica, aut sumtus ad ea comparanda suppeditatos b). Sunt multæ aliæ causæ, v. c. feudalis, emphyteuticaria, delicti &c., quæ collationi quandoque subjiciuntur. Has partim in Corollariis infra subnectendis perstringam; & si hoc plenè ibi non fecero; ex his tamen, quæ adduxi, exemplis, facilè dijudicari potest, quo modo ad alia, juri & æquitati convenienter, fieri debeat applicatio.

a) Lauterb. cit. loc. §. 16. Stryk. cap. 3. §. 9. b) Stryk. cap. 4. §. 17. conf. Huber. §. 4. ff. b.

§. 52. Usuræ, & fructus conferendorum, non sunt horum partes, nisi post moram commissam a). Non committitur ea à tempore mortis defuncti; de cujus successione quæritur b); sed tempore collationis faciendæ, factâ interpellatione, & diei assignatione c).

a) L. 5. §. 1. ff. de dot. coll. Struv. tb. 35. ibique Muller. b) Quæ est opinio Bergeri in æconom. jur. pag. 494. c) Muller. cit. loc. vid. judicatum apud Beckium c. 3. §. 29.

§. 53. Circa alia bona a) paucis sic esto: quæcunque à parente, cui succeditur, dicto modo profecta non sunt, liberi præcipua habent: cui aptè jungitur constitutio Justiniani: Res, quas parentibus acquirendas esse prohibuimus, collationi post obitum eorum inter liberos non subjaceant b). Igitur à collatione exempta sunt i. bona adventitia regularia suorum c), & similia emancipatorum. Horum enim
 bona,

bona, partim à parente profecta, partim sunt aliunde quæfita, quæ hic peculia saltim *improprie* efficient, vel maximè, cum peculium nunc à patre iis donatum d), nunc relictum e) legimus. Hinc tum: ex antiqua regula: quæ emancipatus, si in potestate mansisset, sibi acquisivisset, præcipua ei sunt f). Tum ex legis ultimæ g) rationis identitate emancipatos bona, adventitiis suorum similia, iisque propria b), præcipere infero: quod veteres Jcti fuissent respon- suri, si novas codicis constitutiones novissent i).

- a) §. 31. enumerata. b) L. ult. cod. b. c) L. 6. cod. de bon. quæ Lib. . Junct. L. ult. cod. b. d) L. 17. cod. b. L. ult. cod. de emancip. e) L. 12. ff. de pec. castr. f) L. 52. §. 8. ff. pro soc. g) L. ult. cod. b. ubi imp. addit rationem: ut enim castrense peculium in commune conferre in hæreditate dividenda, & ex præsci juris autoritate minimè cogebantur; ita & alias res, quæ minimè parentibus acquiruntur, proprias liberis manere sancimus; sicut bona, à parentibus non profecta, emancipatis sunt propria L. 6. cod. de bon. matern. ita à collatione exempta. h) D. L. 6. i) Fachin. L. 6. contr. c. 65.

§. 54. Adventitorum regularium usumfructum, apud liberos existentem, nisi voluntate patris satis patente, sit remissus a), conferri debere à suis noti juris est b). At dubium, an emancipati bonorum similia usumfructum conferant, ut æqualitas servetur? id nusquam legitur, ideoque cum alimentis, quæ sui à patre perceperunt, compensatur c). Excepto usumfructu, qui patri debetur (A) in præmium emancipationis d). (B) In bonis maternis e). Aut (C) quatenus statuto ultima manus, in defuncti conjugis bonis usumfructum capiendi, jus habet; sed usumfructus apud liberos residet. In his enim casibus usumfructum acquiri parentibus inhibita non est. Quid: si parens usufructarius expensas fecerit? modicæ, ex officio usufructuarii factæ, non sunt f); extra illud factæ, sunt conferendæ, utiles æque, ac necessariæ g).

- a) L. 6. §. 2. ff. de bon. quæ Lib. vid. §. 47. Lit. C. quæ remissio, cum non sit alienatio L. 6. pr. ff. quæ in fraud. cred. ejus tamen sit naturæ, ut adventitium regulare vertat in irregulare d. L. 6. §. 2. usumfructus collationem impedit, quod pleno jure liberis cedit L. ult. cod. b. b) D. L. ult. cod. b. c) Huber. posit. 3. b. Christin. V. 1. dec. 173. n. 4. d) §. 2. j. per quas pers. cuiq. acq. qui, recepta in foro emancipationis tacita, qualibet peculiorum pleni fiant domini, vix usum hic præstat amplius. e) L. 3. cod. de bon. mat. junct. L. ult. cod. b. f) L. 1. cod. de bon. mat. L. 7. §. 2. ff. de usufr. g) Stryk. c. 4. §. 4. Struv. th. 32.

§. 55. Spectant huc ad adventitia: (A) donationes propter bene merita, tanquam beneficii præstiti compensatio a), sedulitatis propriæ, jure extranei meritum, præmium, & merces b). Modo sint I.) certa. Patris assertioni non creditur c); sed à filio probentur, opus est, ne fraus fiat legibus d). II.) Patri ob patriam potestatem non debent. Grátis ipsi præstantur à liberis officia ob-

sequia-

sequialia, & economica e). Serviles & operas magnas mercedula rependit f). Matri, nisi habeat patriam potestatem juris gentium, nihil ejusmodi debetur; nec ulli parenti quid debetur ab emancipatis, aut privignis. Unde hi ejusmodi data præcipua habent g). III. Donatio sit moderata. Excedens benemerita, quoad excessum, conferenda est b). IV. Ejus collatio à testatore non sit præcepta; cum iustus ejusmodi nihil sit aliud, quam legatum rei, ad hæredem pertinentis i).

- a) *L. 27. 34. §. 1. ff. de donat.* b) *Muller. ad Struv. tb. 28.* c) *Faber. ad L. 6. cod. tit. 4. n. 21.* d) *Gail. Lib. 2. obs. 38. n. 6.* e) *§. 1. j. per quas pers. cuiq. acq. Leyser. spec. 411. med. 6.* f) *Leyser. d. l. quod limitat Carpzov. p. 1. c. 28. def. 31. & p. 2. c. 10. def. 8. si pater adventitiorum habeat usumfructum. Generaliter illud admittit Harprecht. in disp. de salario pro oper. liber. præst. c. 3. §. 23. & Stryk. c. 4. §. 20. 21. quod quidem convenientius foret analogiæ juris; prius tamen ex æquitate in usu venit. conf. Beck. c. 4. §. 68. n. 8.* g) *Beck. d. L. qui recenset opinionem Harprecht.* h) *Leyser. d. L. Stryk. c. 4. §. 16.* i) *Leyser. d. L.*

§. 56. Ad adventitia referuntur (B) donationes reciproca, & quæcunque titulo oneroso, aut labore quaesita a). Etsi in hoc, & primo casu cæterorum læderetur legitima b). (C) Dotis lucrum, à filio ratione pacti, vel statuti, patre etiam vivente acquisitum c), etsi pater sustinuerit onera d) matrimonii. (D) Lucra sponsalitia, legata, fideicommissa, dona lustrica, patris respectu principaliter non habito, data &c. d)

- a) *L. 6. cod. de bon. quæ Lib.* b) *Leyser spec. 411. med. 5. & 6.* b) *L. 1. cod. de bon. quæ Lib.* d) *Zoes. n. 20. ff. b.*

§. 57. A collatione exempta sunt 2. adventitia irregularia a), quoad proprietatem & usumfructum. 3. Castrensia b), quæ sine Marte liberis non forent: res adeo data à parentibus, agnatis, amicis c) ad militiam instruendam, ut: vestis, scutum, galea &c. d) aut *res idcirco datum* e) suo, vel emancipato f); nili credendi animus probetur: rebus adhuc existentibus castra deserat; aut pace condita domi maneat g). 4. Quasi castrensia. Hæc enim, & castrensia hic paria sunt b). Quidquid hinc arte liberali, studiis theologico, juridico, medico, philosophico, quæritur, collationem effugit.

- a) *L. ult. cod. b.* b) *D. L. ult.* c) *L. 3. 4. 11. ff. de castr. pecul.* d) *L. 14. §. 1. ff. de re milit.* e) *L. 3. ff. de pecul. castr.* f) *Stryk. cap. 3. §. 2.* g) *Stryk. cit. loc.* h) *L. 15. ff. b. L. 12. & ult. cod. b.*

§. 58. Domestica inde se ingerit quæstio: an sumptus, studiorum causa à patre erogati, quoque sint præcipui? inter plures, quæ alios decidere videntur casus, leges a), aperta sat casum decedit lex 50. ff. famil. ercisc.: quæ pater filio emancipato studiorum causa peregrè agenti subministravit, si non credendi animo pater

pater misisse fuit comprobatus; sed pietate debita ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur. Siquidem ex debita pietate factorum repetitio non est: alimentorum loco suppeditata sunt b): erogando abeunt; sunt quasi castrensis peculii, si, studiis absolutis, ad usus publicos eis applicandis, nili desint patroni, par sit c). Quidni: causa studiorum favorabilis est. Præcipit hinc ejusmodi sumptus & filius domi studiis deditus, etsi à matre essent suppeditati; cum pietas quæ ab avis non est aliena, erga liberos parentibus æqua debetur, licet inæqualis sit eorum potestas d): in utroque æqua est educandi, alendique necessitas e). Aliud est in vitrico, qui prodit haud animum paternum f).

a) L. 11. 15. cod. de neg. gest. b) Coccej. in jur. contr. q. 3. b. c) Stryk. c. 3. §. 3. d) L. 4. ff. de curat. furios. e) L. 3. 4. cod. de agn. & alend. Lib. f) L. 13. cod. de neg. gest.

§. 59. Parente mortuo, filius propriis sumptibus pergit in studiis a). Si fratres manserint in bonorum parentalium communione, sumptus in eam imputari vult Wislénbachius b), quæ sententia vera esse potest, si liberi universalem, quod vix unquam fit, iniverunt societatem. Sicut ex indivisa hæreditate alimenta non sunt debita, ita nec illi sumtus; sed ex portione, fratri debita, vel animo credendi, facti censentur c). Prælegare eos, studiis initiato, potest pater, quo facto finem eorum, cum studia ob unius tardiolem, alterius acutiolem intellectum, annales leges non patiantur, prudens judicis arbitrium determinat.

a) L. 15. ff. de honor. & muner. b) V. 2. disp. 12. th. 14. motus est ille ob L. 52. & 59. ff. pro soc. quos textus vitio citatos notat Huberus pos. 8. excep. 4. c) Huber. d. L.

§. 60. Subsidium studiorum necessarium sunt libri ex trito illo: *haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro*. Idcirco pecunia pro iis emendis data, vel illi ipsi cum studiis, pari gaudent exemptionis privilegio: ex sola inter alias, quas exhibet Schneidewinus a), hac ratione, quòd peculii quasi castrensis sunt, modo, ut bene studia, intervallo non attento, absolvat, studens aptè inclinet, licet gradum nondum habeat: aut patre mortuo prius absolverit ea, ubi collatio in eventum absolutionis suspenditur provide; esto non ita necessari forent. Quid enim? si pater talia filio dedit præparatoria sagi intuitu, si post mortem patris prius matrem sequatur, an conferat ea? minime b). Cur decurtem hic *rogæ* privilegium c)?

a) Ad inst. §. 48. de act. fam. ercisc. b) L. 14. cod. fam. ercisc. L. 3. 4. 6. II. ff. de castr. pec. c) Stryk. c. 3. §. 8. & sqq.

§. 61. Quandoque librorum collatio est. (A) Si à patre sint commodati a): (B) empti quidem nomine filii; sed nondum traditi. Nisi donandi mens sit clara,

clara, aut mors traditioni obex fuerit b): (C) *Bibliotheca magni pretii c)*, propria à patre data in dubio commodata habetur. Donare enim est jactare, quod non præsumitur. (D) Si eorum collatio à patre sit præcepta. Desungitur tamen conferens pretii præstatione, ne privetur memoria locali.

a) *Vid. §. 51.* b) *L. 32. ff. fam. ercisc.* c) *Wissenb. cit. loc. tb. 14. Huber. §. 4. except. 4. ff. b.*

§. 62. Pari jure reguntur sumptus peregrinationis, studiorum causâ peregre agenti suppeditati a): ad lustrationem regionum peregrinarum erogati, eo quod favorabilis peregrinationis, mores excolentis, & ingenium publicis negotiis tractandis aptius efficientis, causa sit b): sumtus ad praxin c); aut ad exercitia, si personæ conditio id exigat, equestria discenda dati d); quod de mechanicis artibus nuspiam proditum est e). Quidquod & debita honestè, utiliter, patre vivo contracta, in has causas erogata; sed nondum soluta, omnium hæredum sunt onus f); post patris mortem, dum filius sua quadra vivere debet, facta, suæ parti imputet g).

a) *D. L. 50. ff. fam. ercisc.* b) *Voet. §. 21. ad pand. b. Leyser. spec. 411. med. 2. verb. zur Beschauung fremder Länder.* c) *Beckius c. 4. §. 39.* d) *Muller. ad Struv. tb. 30.* e) *L. ult. cod. de inof. testam. Huber. §. 4. ad ff. b.* f) *L. 1. §. 16. ff. b.* g) *L. 39. §. 3. ff. fam. ercisc.*

§. 63. Cessant hæc privilegia 1. si filius sumtus malè, in causam aliam, quam dati sunt, impenderit: gulâ, luxu, aleâ, malâ desertione a), aliisve modis culposè perdiderit; si plus vini, quam olei impenderit; calice magis, quam codice usus sit; nil ex peregrinatione reportet, nisi nova vestimentorum, vitiorum, & morborum genera, & vernaculæ affectatam oblivionem. Absit enim privilegium, ubi finis ejus exul est b). Itaque tanto minus ex hæreditate capit, quantum deperdidit c). Stupido tamen parcendum, cum inepta sumtuum consumptio sit patris culpæ; quis enim alinum mittit ad lyram, ait Beckius d). Sicut & in prioribus casibus suæ incogitantiae, & profusæ liberalitati pater adscribere debet, si pecuniam dedit illi, quem ex lubrico ætatis, & naturæ, perditurum esse pecuniam, suspicari poterat, aut debebat e).

a) *Quo tamen non spectat mutatio togæ in sagum, ut hic consiliis, ex arte quæsitis, publicum juvet, Muller. ad Struv. tb. 30.* b) *Zoef. n. 36. ff. b.* c) *Muller. ad Struv. tb. 30.* d) *Beckius c. 4. §. 47. sqq.* e) *Christin. V. 5. dec. 198. n. 15.*

§. 64. Cessant 2. quatenus reliquis legitima non salvatur, cujus favor naturalis, & ideo major studiorum favore a). 3. Si bona, jure pleno propria filio, penes patrem sint, cum in dubio hic administratorio potius nomine, quam ex pietate eos præstitisse præsumitur b). Si parens habeat usumfructum ex bonis filii,

fili, pro quantitate fructuum minuitur collatio c). Quod & obtinet in matre, quæ marito mortuo bona liberorum administrans, iis utitur fruitur, ut ex statutis Juliæ & Montium, Electoratûs Colonienfis &c. d)

a) L. 7. pr. ff. de bon. damn. b) L. 34. ff. neg. gest. procedit hic argumentum ab alimentis; non à dote, quæ datur, ut facilius nubat filia Zoef. n. 34. c) Lauterb. §. 16. ff. b. d) Beck. c. 4. §. 16. & 50.

§. 65. Cessant, 4. in iis, quibus pepercit filius. 5. Quos parens conferri voluit, ac credendi animo præstitit a), qui non præsumitur, etsi non collatio reliquis durior inferret conditionem, cujus speciem refert Huberus b); nisi ex nimia inæqualitate d). Præter hoc animus credendi probari debet e). Id, quod fieri potest, vel ex inscriptione eorum inter credita, aut alibi, factâ collationis faciendæ mentione f), vel juramenti delatione, si pater collationem præceperit in faciem, aut per testem omni exceptione majorem, quo venit & hic mater; cum par affectionis causa excludat mendacii & fraudis suspicionem omnem g). Probandis probatis conferuntur hi sumtus, quatenus ultra debitum v. c. alimenta facti sunt.

a) L. 50. ff. fam. ercisc. b) §. 4. pos. 8. except. 4. c) Voet. §. 21. adff. b. d) D. L. 50. e) Fachin. L. 5. cont. c. 83. f) L. 67. §. 1. ff. de rit. nupt.

§. 66. Collatio facienda est III. debito modo: Re, vel cautione. Re fit, si 1. species, seu corpus datum a): vel 2. æquipollens conferatur v. c. delegando, substituendo b), collatione actionis c): remissione pro rata d), debiti cohæredum, actionis hæreditariæ e). Hæc remissio, ut quasi compensatio, liquida poscit utrimque. Utraque collatio realis est; illa vera: hæc, quasi vera est. Vera thesin facit f). Hinc pro re æstimatio, pro pecunia parata aliud rite non confertur g), ne aliud pro alio obtrudatur invito b), verum si hæc non nihil injuriæ in se comprehenderet, ut in libris: si vexæ gratia peteretur; cohæredum nihil interesset: ab illis non possideri, aut dividi haud posset: res non amplius extaret i), quasi vera subintrat, facienda in æstimatione quoque; quando illa ab initio conventa, vel non contradicta postea sit k); atque satis contulisse videtur is, qui reliquos tantum, ex bonis iisdem, capere patitur, quantum ipse anticipavit de iis n).

a) L. 1. §. 11. ff. b. b) L. 5. cod. b. c) Nov. 97. c. 6. d) L. 1. §. 12. ff. b. e) L. 1. §. 8. ff. de dot. coll. f) L. 1. pr. L. 3. §. 3. ff. L. 11. cod. b. g) Carpzov. p. 3. c. 11. def. 30. h) L. 16. cod. de solut. i) Muller. ad Struv. tb. 37. k) L. 1. §. 12. ff. b. l) Lauterb. §. 21. ff. b.

§. 67. A dicta thesi repudium fecit Strykius a), qui electivè rem, vel æstimationem, conferendi jus liberis tribuit, quod omni die observari in praxi monent Lauterbachius b), & Voetius c). Præstanda vero est æstimatio, quæ
D 2
tempore

tempore mortis ejus, de cujus successione agitur, apparet *justa d)*; cum eo tempore unum corpus cum rebus hæreditariis fiat res conferenda, nec dolo, nec culpa deterior facta. Quod tenet, sive *re*, sive *æstimatione* fiat collatio *e)*. Deterioratio *post mortem cunctis* est oneri, ut ait Strykius *f)*, qui eo ipso refellit gracile argumentum eorum *g)*, qui æstimationem determinatam volunt *pro tempore divisionis faciendæ*. Speciale est, quod si *pecunia numerata* data sit, conferatur *pro tempore contractus*, aut *datiomis*.

a) C. 5. §. 5. b) *In coll. th. pract.* §. 21. b. c) *Ad pand.* §. 9. b. d) L. 6. 14. *penult. cod. b. L. 30. §. 2. cod. de inof. testam.* e) *Voet. d. L.* f) C. 5. §. 6. g) *Cbristinæ V. 4. dec. 2. n. 5. Carpz. p. 3. c. 14. def. 11. n. 6. Beck. c. 5. §. 6.*

§. 68. Facienda est collatio IV. *deducto ære alieno*, quod *rei data* cohæsit, aut *necessitas conferentis* causavit; secus conferens solus id feret *a)*. V. *Deductis expensis*, in *dote* solum *necessariis b)*; aliis in rebus *non dotalibus* deducuntur quoque *utiles*, prout *factæ sunt c)*; per has enim res ipsa pluris est aliis, collationem petentibus, qui dum collationis potiuntur commodo, partem expensarum, fas est, ut ferant.

a) *Stryk. c. 5. §. 7.* b) L. 1. §. 5. *ff. de dot. coll.* c) *Lauterb. d. L. §. 5. in f. de dot. coll.*

§. 69. VI. *Legitimo tempore*: regulariter exigenda, & facienda, pro *bono eam exigentium a)*, ante factam divisionem. Hæc non fit prius, quam arbiter familiæ, *collatione factâ*, totius hæreditatis massam constituit. *Errone omilla post eam* peti potest *b)*. *Exigenti* incumbit probatio. *Quantum* probari potest ex notis parentum *idcirco factis c)*, aut delato juramento ei, qui conferre debet, & rei conferendæ conscius est *d)*. Evenit inde non raro latere *divisionis tempore*, quid, quale, quantum sit conferendum, ut collatio *realis utraque* desit. Hoc non impedit *divisionem*, modo conferens cohæredibus *caveat de conferendis iis, quæ conferre debet*. En? collatio *cautionalis*.

a) *Stryk. c. 5. §. 1.* b) *Vid. §. 13.* c) *Lauterb. d. L. §. 22. ff. b. §. 4. de dot. coll.* d) *Lauterb. d. L.*

§. 70. Cautio hæc fit *fidejussoribus*, aut *datiis pignoribus a)*, quod ita est, si conferenda *aliquo modo sunt definita*. Liberis, cavendi facultate orbatis, aliquod est indulgendum tempus, quo cautionem præstare possint, fratribus interim data actione de iis, quæ per moram deteriora sunt futura, si ii ipsi caveant fratri, conferre debenti, se in medium ea collaturos, si ipsis cautum sit *b)*. Quid? si iis cautum non sit? non dabitur actio, ut vendant; sed curator bonorum constituitur, qui ea curat, vendit, pecuniam resectam servat, quam tunc demum recipit conferens, si propria bona retulerit *c)*. Si quædam bona conferens dividat, de quibusdam caveat, collatio *mixta* audit *d)*,
sicut

sicut & ea, quæ re & remissione fit: brevi manu e), quam in tritura forensi sequimur.

a) L. 1. §. 9. ff. b. b) L. 2. §. 9. ff. b. c) L. 1. §. 10. 13. ff. b. d) L. 1. §. 11. ff. b. e) Huber. §. 6. posit. 10.

§. 71. Spontè faciendâ ita est collatio, alias præviâ, ut fiat, interpellatione, & tempore, quod præfigi debet a), lapso, exigenda est VII. mediis legitimis, cum usuris, à tempore moræ computandis; non à tempore dationis, quod iudicatum refert Huberus b). Exigitur 1. exceptione non factæ collationis, si ad hæreditatis divisionem provocet is, qui conferre debet. Est illa ex ipsa lege, dilatoria privilegiata, quæ post litis contestationem, & executioni opponi potest, litis ingressum impediens c). Hujus sequelæ sunt (A) actionum hæreditariarum denegatio d); (B) juris succedendi privatio e), etiam in totum tunc, cum duobus conferre debeat, & uni conferat; respectu alterius verò sit contumax; inops tamen, vel ritè, ut alteri conferat, impeditus, pro parte actiones habet f), dato pro altera parte curatore. Consilium mutantem prætor non adspernatur, modò intrâ annum variare sinit; post annum admittio difficilis est g).

a) L. 5. §. 1. ff. b. b) §. 6. pos. 10. in f. c) Zanger de except. p. 3. c. 26. n. 100. d) L. 1. §. 10. 13. ff. b. L. 11. 12. 14. 16. cod. b. e) Stryk. c. 5. §. 10. f) D. L. 1. §. 10. 13. ff. b. g) L. 1. §. 10. L. 8. ff. b.

§. 72. Si sine hac exceptione hæreditariam partem possideat conferre debens, conferenda petuntur 2. imploratione officii iudicis, siue ante a), siue post divisionem, iudicis etiam auctoritate factam b). Contumacem iudex coercet multæ dictione, audientię aliâ etiam in causa denegatione &c. Si divisio sine iudice facta sit, & collatio conferentis dolo, vel culpâ, erranti facta non sit, exigi potest 3. condictione indebiti c). Sciens, qui non exigit eam, donandi animum fatetur. Quid: si quis caverit de bonis conferendis? datur. 4. Actio ex stipulatu, vel hypothecaria, qua conferens condemnatur in tantum pecuniæ, quanti ea res est e).

a) L. 1. pr. ff. de dot. coll. L. 8. cod. b. L. 3. cod. comm. utr. iud. b) L. 1. pr. ff. b. c) Perez. in cod. in f. b. d) L. 5. §. 1. & 3. ff. b. arg.

§. 73. Collatio facta id efficit, ut 1. actiones quæcunque, quæ ante denegari poterant, conferenti competant a). 2. Res collatæ in communem hæreditatis massam b) ita imputentur, ut conferens suam in partibus faciendis numeret personam c). Non verò 3. ut cedant in defuncti creditorum utilitatem d). Transeunt hæc jura 4. activè, & passivè ad hæredes. Hinc qui repudiantis, qui conferre debuit, partem jure accrescendi obtinuit, ex ejus persona conferat, oportet e).

a) L. 11. §. c. b. b) L. §. 11. ff. b. c) L. 1. §. ult. ff. b. d) Voet. §. 26. b. e) Idem §. 25.

§. 74. Sinit collatio 1. ob defectum unius, aliusve requisiti: 2. si pacto remissa sit, quatenus jure civili, aut moribus probatur. 3. Si pater quoquo modo, testamento, codicillis, pactis dotalibus, aliave scedulâ, etiam coram testibus nuncupativè, expressum designaverit, se velle collationem non fieri a). Prohibitio hæc ut expressa sit, menti legis apprimè convenit; per verba æquipollentia fieri posse foris receptum est b). Verba namque: si expressum designaverit, aliud volunt nihil, quam collationem fieri, si testator in contrarium suam voluntatem non expresse- rit: quod non minùs rebus ipsis, & factis, quam verbis fieri potest c).

a) N. 18. c. 6. b) De Cramer obs. 942. tom. 3. Carpz. p. 3. c. 11. def. 24. Fachin. L. 5. cont. c. 78. Voet. n. 27. b. Perez. in cod. n. 6. b. Brunnem. ad L. 10. n. 3. ff. & L. 1. n. 6. 7. c. b. c) L. 32. §. 1. ff. de ll.

§. 75. Idcirco non confertur prælegatum, præcipuum, ultra portionem legitimam datum: nec fit collatio, si pater omnia inter liberos diviserit æqualiter a), five inæqualiter b), uni majorem partem assignando, quam alteri, vel maxime si addita sit causa: quia filia dotem, filius donationem propter nuptias obtinuit; ita enim compensatio facta præsumitur; cessante hac præsumptione manet collatio. Quæ deinceps huic materiæ in omni jure connexa sunt, in pauca conferent Corollaria.

a) Per L. 10. 16. 21. c. fam. ercisc. de Cramer d. L. b) L. 39. §. 1. ff. fam. ercisc.



COROLLARIA.

Ex Jure naturæ.

1. **A**limenta non subjacent collationi.

Ex Jure canonico.

2. Monialis confert dotem acceptam.
3. Clericus confert bona in titulum data.
4. Sumtus in acquisitionem præbendæ à patre erogatos non confert.

Ex Jure publico.

5. Non confertur dotalitium.
6. Nec fideicommissa familiarum illustrium.

7. Nec,

7. Nec Regnum, Principatus &c. jure primogenituræ in domibus Regum, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum; Liberorum Baronum, vigente, præstito appanagio, aliisque, pacto, vel consuetudine præstandis.

8. Nec à patre data in acquisitionem tituli Marchionatus &c. pro filio.

Ex Jure criminali.

9. Confert filius patri furtim ablata.

10. Sicut & *noxius* multam, à patre pro ipso ab hostibus redimendo solutam.

11. Ut lytrum pro *innoxiis* datum conferatur, non patitur ratio commiserationis.

Ex Jure feudali.

12. Feudum confertur omnibus successionis ejus *proxime* capacibus.

13. In omni gradu hæreditarium regitur jure allodii.

14. A patre vivo ex bonis suis filio seniori cessum, confertur.

15. Non confertur *fæminis* antiquum feudum ex provisione legis.

16. Nec novum *pro se & hæredibus*, pecuniâ etiam *patris* quæsitum.

17. Si quæsitum sit *pro se*, & *primogenito*, ne fratribus confertur.

18. Nec ejus æstimatio.

Ex Jure civili.

19. Filia cum genero in apocha patri data promisit, se dotem post mortem patris esse collaturam, quæsitum est, an dote retentâ possit abstinere ab hæreditate? R. Affirmativè.

20. Ex edicto Prætoris non est collocatio inter conjuges.

21. Novissimo jure, quo superstes conjux, inops, succedit in quartam partem, vel virilem hæreditatis defuncti divitis, in hanc confert obtenta à mortuo, etsi mortis causa (specialis est sanctio Nov. 56. c. f.) relicta essent.

22. Collationem cessare, si hæres inventarium fecerit, erronea est sententia.

Parerga quedam ex Jure civili.

I. Titius *posthumum* hæredem scripsit, eique, pupillariter substituit *Curium*; *posthumus* non nascitur; Q. An *hæredes legitimi*, an *Curius* succedat? R. *Curius*.

II. Sub casu *impotentie expresso* non continetur casus *voluntatis omissus*, nec vicissim, in substitutione vulgari.

III. Caja fecit testamentum, *clausulâ derogatoriâ* munitum; postea cum Marito condit *reciprocum*, sine mentione prioris. An posterius sit cymbalum *tinniens*, dans sine mente sonum? Lubens dissero coram.



1. Mac Regem, Principes &que principes in domibus Regum
Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Viscontum,
Prætorum, Consularum, Militum, &que in domibus Regum
2. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum

De Regibus

3. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
4. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
5. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum

De Principibus

6. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
7. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
8. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
9. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
10. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum

De Ducibus

11. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
12. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
13. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
14. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
15. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum

De Comitibus

16. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
17. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
18. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
19. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum
20. Mac Regem in domibus Regum, &que in domibus Regum

